

INDEX APPENDICIS

Litaniæ

	pag.
Litaniæ de sanctissimo Nomine Jesu	(19)
Litaniæ de sacratissimo Corde Jesu	(21)
Litaniæ Lauretanæ B. Mariae Virg.	(22)
Litaniæ de S. Joseph	(23)

Preces diversæ

Oratio S. Thomæ Aqu. ante studium	(25)
Oratio S. Anselmi ante contionem	(25)
Oratio Sacerdotis antequam Confessiones excipiat	(25)
Oratio Sacerdotis postquam Confessiones exce- perit	(26)
Oratio Sacerdotis ante et post ipsius Confessionem	(26)
Precatio piacularis ad Ssnum Cor Jesu	(27)
Actus Dedicationis humani generis	(28)
Oratio ad D. N. Iesum Christum Regem	(29)
Formula Absolutionis generalis pro Tertiariis sæ- cularibus	(30)
In Benedictione augustissimi Sacramenti	(31)

OFFICIA PROPRIA

SANCTORUM

DIŒCESIS PADERBORNENSIS

PARS HIEMALIS



RATISBONÆ ET ROMÆ

SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET

S. SEDIS APOST. ET S. RIT. CONGR. TYPOGR.

NEO EBORACI ET CINCINNATI: APUD FR. PUSTET & CO.

MCMXV

Approbatio

Concordat cum Originali.

Paderbornæ, die 23 Augusti 1915

(L. S.)

✠ Carolus Josephus,
Episcopus Paderborn.

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 4 Septembris 1915

Dr. Scheglmann Vic. Gen.

KALENDARIUM PERPETUUM

Omnia ut in Kalendario universalis Ecclesiæ, exceptis
diebus infra descriptis:

December

- 4 S. Annonis Ep. et Conf., duplex. Com S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Eccl. Doct. (duplex) et S. Barbaræ Virg. et Mart.
17 S. Sturmi Abbatis, duplex.
22 B. Petri Canisii Conf. (d. a. ex 21 hujus), duplex.

Januarius

- 27 S. Joannis Chrysostomi Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex.
Com. S. Juliani Ep. et Conf.

Februarius

- 3 S. Blasii Ep. et Mart., simplex. Com. S. Ansgarii Ep. et Conf.
14 S. Brunonis de Querfurt Ep. et Mart., duplex. Com. S. Valentini Presbyteri et Mart.

Martius

- 3 S. Cunigundis Imperatricis, Viduæ, duplex.

KALENDARIUM PREDICENTINUM

OFFICIA PROPRIA DIŒCESIS PADERBORNENSIS

PARS HIEMALIS

Die 4 Decembris

S. Annonis

Episcopi et Confessoris

Duplex

Ant. Sacérdos et Pónitifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolam glóriæ induit eum.

Oratio

Bargíre, quæsumus, omnípotens Deus, fragilitati nostræ subsídium : et suffrágiis beáti Annónis, Confessóris tui atque Pontificis, súbditum tibi gubérna pópulum; ut, qui Ecclésiae tuæ exstítit prædicátor et rector, idem apud te sit pro nobis perpétuus intercessor. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Eccl. Doct.:

Ant. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beáte Petre Chrysóloge, divinæ legis amátor, deprecáre pro nobis Fílium Dei.

V. Elégit eum Dóminus sacerdótēm sibi. **R.** Ad sacrificandū ei hóstiam laudis.

Oratio

Deus, qui beatum Petrum Chrysólogum Doctórem egrégium, divinitus præmonstrátum, ad regéndam et instruéndam Ecclésiam tuam éligi voluísti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habuimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde post Com. Feriæ fit Com. S. Barbaræ Virg. et Mart.:

Ant. Veni, Sponsa Christi: áccipe corónam, quam

tibi Dóminus præparávit
in ætérnum.

V. Spécie tua et pulchritúdine tua. **R.** Inténde,
próspere procéde, et re-
gna.

Oratio

Deus, qui inter cétera
poténtiae tuæ mirácula
étiam in sexu frágili
victoriá martýrii contulisti:
concéde propítius;
ut, qui beátæ Bárbarae
Vírginis et Mártyris tuæ
natalitia cólimus, per ejus
ad te exémpla gradiámur.
Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Anno, paréntibus
religióne claris in
Alamánnia ortus,
rei militári ántea desti-
nátus, tum ad liberáles
artes sese converténdo
Bambérgæ primum, deín-
de in schola Meinwérci
Paderbórnæ sacris profa-
nisque litteris est imbútus.
Ob egrégiam suam
indolem Bambérgæ ad
dignitátem magístri scho-
lárum promótus tantam
apud omnes doctrinæ et
virtutis famam collégit, ut
ab Henrico tértio Roma-

nórum Augústo in aulam
adscitus, brevi præ ómnibus
cléricis primum grá-
tiae et familiaritatís locum
meruerit. Exáctis in aula
complúribus annis, post
mortem Hermánni secún-
di, prásulis Coloniensis,
solus dignus est judicá-
tus, qui in defuncti locum
sufficeréatur. Anno ígitur
millésimo quinquagésimo
sexta solénni ritu conse-
crátus, tantam inter Mis-
sárum solémnia lacrimá-
rum vim profudit, ut jam
tunc apparéret, eum Pon-
tíficem fore Deo gratum.

R. Invéni David servum
meum, óleo sancto meo
unxi eum: * Manus enim
mea auxiliábitur ei. **V.**
Nihil proficiet inimicus in
eo, et filius iniquitatis non
nocébit ei. **Manus.**

Lectio v

In ómnibus deinceps tam
ecclesiásticis quam rei
pública negótiis haud im-
parem accépta dignitá-
se præbuit. Henrici quarti,
ámodum púeri, tutor
designátus, in summo re-
rum discrímine guberná-
cula Impérii Románi lau-
dabiliter tenuit. Invictum

inter tantas negotiòrum et
vicissitudinum procéllas
ánimum divino stúdio et
caritatis opéribus dicáre
numquam cessábat. Pau-
pertátē vero ita colébat,
ut non raro preter ánnu-
lum et sacri ministérii
suppeléctilem nil omnino
superésset et ipse in mor-
bo extrémo aliénæ caritá-
tis foverétur subsídio.

R. Pósui adjutórium su-
per poténtem, et exaltávi
eléctum de plebe mea: *
Manus enim mea auxiliá-
bitur ei. **V.** Invéni David
servum meum, óleo sancto
meo unxi eum. **Manus.**

Lectio vi

Ecclésias et loca pia aedi-
ficiis et prædiis, aut
ánnuo censu vel sacra
suppeléctili et Sanctórum
reliquis auxit. Nonnúlla
la collégia et monastéria,
inter quæ et Grafschaf-
ténsis in ducátu Westfá-
liae situm, e fundaméntis
erexit, liberáliter dotávit,
sanctissimis lóbis sta-
bilivit. Pontificátu egré-
gie perfunctus, gravissi-
mas étiam injúrias sàpē
perpessus, virtútum et mi-
raculórum laude insignis
ánimam Deo réddidit in

urbe Colónia anno Dó-
mini millésimo septuagé-
simo quinto, lux et flos
Germániæ a coévis et pó-
steris mérito appellátus.
Ejus corpus in Sigeber-
gensi cœnóbio, ut ipse
mandáverat, sepultum
est ac multis illustrátum
miráculis in pretiosa tum-
ba hódie asservátur.

R. Iste est, qui ante De-
um magnas virtutes ope-
ratus est, et omnis terra
doctrína ejus repléta est:

* Ipse intercédat pro pec-
cátis ómnium populórum.

V. Iste est, qui contémp-
sit vitam mundi, et pervé-
nit ad cælestia regna. **Ipse.**
Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno Homilia in
Evangel. Homo pérégre, de
Communi Conf. Pont. 1 loco.

Pro S. Petro Chrysologo:

Lectio ix

Petrus, qui ob áuream
ejus eloquéntiam Chry-
sologi cognómen adéptus
est, Foro Cornélii in Æmilia
honéstis paréntibus
natus, a prima ætate áni-
mum ad religióнем adjiciens,
Cornélio Románo,
tunc ejusdem urbis Cor-
neliánsis episcopo, ope-

ram dedit; a quo diácono nus mérito créatus est. A sancto Xysto Papa térito archiepiscopus Ravénnae, licet invitus, renuntiatus, a Ravennátibus máxima cum reveréntia suscéptus est. In pastoráli múnere exímius, ludos ab homínibus personátis fieri sólitos ut cohibéret contíone, illud præcláre dixit: Qui jocári volúerit cum diábolo, non póterit gaudére cum Christo. Vítæ suæ finem divinitus prænóscens, in pátriam se cónolut; et, sancti Cassiáni templum ingréssus, pretiosa dona cum obtulisset, Deum eumdémque patrónum humiliiter rogávit, ut benigne ánimam ejus excíperent. Migrávit ex hac vita térito Nonas Decémbris, décimo octávo episcopátus anno. Ejus sacrum corpus prope corpus sancti Cassiáni honorífice cónditum est.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes pro Com. S. Petri Chrysologi:

Ant. Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pôpulo, ora pro nobis Dóminum.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolam glóriae índuit eum.

Oratio Deus, qui beá-
tum, ut supra. 5*

Deinde post Com. Feriæ
ft Com. S. Barbaræ:

Ant. Símile est regnum celórum hómini negotiátori quærénti bonas mar-
garítas: invénta una preti-
osa, dedit ómnia sua, et
comparávit eam.

V. Diffusa est grátia in
lábiis tuis. R. Proptérea
benedixit te Deus in ætér-
num.

Oratio Deus, qui inter,
ut supra. 6*

In Vesperis fit Com. S. Pe-
tri Chrysologi:

Ant. O Doctor óptime,
ut supra. 5*

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolam glóriae índuit eum.

Oratio Deus, qui beá-
tum, ut supra. 5*

Deinde post Com. Feriæ
ft Com. S. Sabbæ Abbatis:

Ant. Similábo eum viro
sapiénti, qui ædificávit
domum suam supra pe-
tram.

V. Os justi medítabitur sapiéntiam. R. Et lingua
ejus loquéatur judícum.

Oratio

Intercéssio nos, quásu-
mus, Dómine, beáti
Sabbæ Abbátis comméndet:
ut, quod nostris mé-
ritis non valémus, ejus
patrocínio assequámur.
Per Dóminum.

Die 17 Decembri

S. Sturmii Abbatis

Duplex Oratio

Deus, qui ad portándum
géntibus sémina sa-
lútis beárum Stúrmium
suscitásti: concéde, ut,
quæ per eum tuo dono
suscépimus, ad fructum
vitæ ætérnæ accréscant.
Per Dóminum.

Et fit Com. S. Eusebii Ep.
et Mart.:

Ant. Qui vult venire post
me, ábneget semetipsum,
et tollat crucem suam, et
sequátur me.

V. Justus ut palma flo-
rébit. R. Sicut cedrus Lí-
bani multiplicábitur.

Oratio

Deus, qui nos beáti Eu-
sébii Mártyris tui at-

que Pontificis ánnua so-
lemnitáte lètificas: con-
cédé propítius; ut, cujus
natalitia cólimus, de ejús-
dem étiam protectióne
gaudeámus. (Per Dómi-
num nostrum.)

Deinde Com. Feriæ.

In II Nocturno

Lectio iv

Sanctus Bonifátius
cum Nóricum in-
gréssus pôpulos
gentis illius, licet christiá-
nos, ab antiquis tamen
paganórum contágiiis et
erróribus inféctos evan-
gélio Christi cohibéret,
púerum Stúrmium a piis
paréntibus sibi oblátum
in christiána veritáte edu-
candum accépit. Quem
sanctus episcopus beáto
Wigbérto, Frideslarién-
sis cœnobii antistiti, com-
mendávit, ut adhibita om-
ni diligéntia púerum hunc
nobilem ad Dei omnipo-
téntis servitium institué-
ret et formáret. Adolé-
scens humilitáte et man-
suetudine ómnibus carus,
psalmos tenáci memória
trädere ac veritátis chri-
stiánæ mystéria studio-
síssime addiscere curávit,

ita ut meditatio ejus in lege Domini esset die ac nocte. Presbyter ordinatus, circumquamque populis verbum Domini praedicare coepit et patientiam, longanimitatem, fidem, spem, caritatem omnes habere docebat.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum:
* Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Cum per tres fere annos sic presbyteratus officium gessisset in plebe, caelesti inspiratione ad ductus de capessendo arcitoris vitae instituto deliberavit. Consentiente ergo sancto Bonifacio cum duobus sociis ad locum in Buchonia silva situm, qui Hersfeld dicitur, secessit; propter pericula vero a Saxonicis vicinis imminentia a sancto archiepiscopo suo jussus est remotorem in solitudine requirere habitacionem,

quam sine periculo colere posset. Itaque locum, qui a Fulda flumine, cui adiacet, accipit nomen, sibi elegit ibique monasterium Deo aedicavit. Abbas igitur factus Sturmius, amabilis omnibus in monasterio et foris in populis mirandus, ministerium suum studiosissime exercevit; prius semper semet ipsum exemplum propoenens ceteris, quod verbis docuit, factis ante monstrabat.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loricam fidei, et ornavit eum. **Et.**

Lectio vi

Rogatus a Carolo rege, ut Saxonum populo evangelium praedicaret, in Eresburg sedem suam fixit et ecclesiam Christo dicavit. Multis magnisque laboribus inter varia rerum ac temporum discrimina pro salute animarum exantlatis, gravi tandem morbo correptus Fuldam rediit et ibi circum-

stantibus discipulis, qui eum, ut apud Deum pro ipsis intercederet, etiam atque etiam rogabant, misericordia ad Dominum anno salutis septingentesimo septuagesimo nono. Quem miraculis clarum et Saxonum ac praecipue Angiorum Apostolum merito appellatum Innocentius secundus Pontifex Maximus anno millésimo centésimo trigésimo nono in Sanctorum numerum rétulit.

R. Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad caeléstia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III Nocturno Homilia in Evangel. Ecce nos reliquimus, de Communi Abb. 1 loco.

Ad Laudes et in II Vesperis fit Com. Feriae.

Die 22 Decembris
B. Petri Canisii
Confessoris

(d. a. ex 21 hujus)
Duplex (m. t. v.)

Ant. Similabo eum viro sapienti, qui aedicavit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. **R.** Stolam gloriae induit eum.

Oratio

Deus, qui ad tuendam catholicam fidem beatum Petrum Confessorem tuum virtute et doctrina roborasti: concéde propitiis; ut ejus exemplis et monitis errantium corda ad salutem resipiscant, et fideliū mentes in veritatis confessione perseverent. Per Dominum.

Et fit Com. Feriae:

Ant. O Oriens, splendor lucis aeternae, et sol justitiae: veni, et illúmina sedentes in tenebris, et umbra mortis.

V. Rorate, cæli, désuper et nubes pluant justum.

R. Aperiatur terra et germinet Salvatorem.

Oratio conveniens.

In Quat. Temp. in I Noct. Lectiones Beatus vir, 1 loco.

In II Nocturno
Lectio iv

Petrus Canisius Noviomagi in Gelidria natus, Coloniae Agrippinæ, quo studiorum causa secésserat, primus Germanorum Societati Jesu nomen dedit. Sacerdócio auctus, summo populi Coloniensis clérique consensu, ad Georgium, pontificem Leodiensem, et ad Cárolum quintum Augústum adversus Hermannum archiepiscopum, qui palam hæresim præ se ferébat, legátus est. Ob præclaram sapiéntiam et exploratūm rerum usum a cardinali Augustáno et a pontificiis legatis magnópere expeditus, semel atque iterum Concilio Tridentino intérfuit; cuius étiam decretá ex auctoritaté Pii quarti Pontificis Máximi rite per Germániam promulganda et in morem inducenda curávit. A Summis Pontificibus legationibus compluribus obeúndis adhibitus, álaci semper et numquam fracto difficultatibus ánimo, gravissima religiónis negotia tractán-

da suscépit, ac vel inter præsentia vitæ discrímina feliciter ad finem perdúxit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Divinæ gloriæ amplificandæ inténtus, dici vix potest, quot per annos amplius quadraginta labores suscéperit ærumnásque pertulerit. Cunctis fere Germániae regionibus peragratis complures urbes atque provincias vel ab hæréseos contagione deféndit vel hæresi inféctas cathólicæ fideli réddidit. A sancto Ignátio Germánicæ provinciæ Societatis Jesu moderandæ præfécus evangélicos operários in variis Germániae partes misit multísque in locis domos et collégia cóndidit. Collégium Germánicum, quod Romæ constitútum erat, omni ope provéhere

stúdium; in academiis sacrarum humanarūmque disciplinárum stúdia, miserandum in modum collapsa, instaurávit; contra centuriatòres Magdeburgenses plura egrégie scripsit: et summam doctrinæ christiánæ, theologórum judicio et público usu comprobátam aliisque ad rudiórum institutionem aptissima publicávit.

R. Amavit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornávit eum. **Et.**

Lectio vi

Summo honore laudantur duo illi catechismi in rudiórum usum a beato viro conscripti, qui non in scholis tantum sed publice étiam in fidélium utilitatem explicabántur in templis, ita ut Canisius per annos trecéntos communis catholicórum Germániae magister hábitus fúerit, utque in populári sermone duo hæc plane idem sonarent, Canisium nosse ac veritatem chri-

stiánam memória retinére. Viennensi episcopátu ter recusáto aegerrime addúci pótuit, ut illius Ecclésiæ procuratiónem per annum susciperet. Moderatóribus suis obsequentissimus, parátus erat ad ipsorum nutum ómnia relínquere vel aggredi, étiam cum vitæ periculo. Demum Fribúrgi Helvétiorum migrávit ad Deum duodécimo Kaléndas Januárii, anno millésimo quingentésimo nonagésimo séptimo. Sepúlchrum ejus prodigiórum fama duóbus amplius sǽculis tota Germánia incláruit: e quibus quátuor rite probatis Pius nonus Pontífex Máximus strénuo cathólicæ veritatis propugnatōri cælitum Beatorum honores decretivit.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contémptit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Nolite timere, de Communi Conf. non Pont. 2 loco.

In Quat. Temp. IX Lectio de Homilia Feriae.

Ad Laudes fit Com. Feriae.

In II Vesperis fit Com. Feriae:

Ant. O Rex Géntium, et desiderátus eárum, lapisque anguláris, qui facis útraque unum: veni, et salva hóminem, quem de limo formásti.

V. Roráte, cæli, désuper, et nubes pluant ju-
stum. **R.** Aperiátur terra,
et gérminet Salvatórem.

Die 27 Januarii

S. Joannis Chrysostomi
Ep., Conf. et Eccl. Doct.

Duplex

Pro Commemoratione

S. Juliani

Episcopi et Confessoris

In I Vesp. **Ant.** Sacér-
dos et Póntifex, et virtú-
tum ópifex, pastor bone
in pôpulo, ora pro nobis
Dóminus.

V. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas. **R.**
Et osténdit illi regnum
Dei.

Oratio

Deus, qui Ecclésiæ tuæ
beátum Juliánū mi-
rábilem tribuísti doctó-
rem: concéde propítius;
ut hunc apud te pium me-
réamur semper habére in-
tercessórem. Per Dómi-
num nostrum.

Ad Laudes Ant. Sacér-
dos et Póntifex, et virtú-
tum ópifex, pastor bone
in pôpulo, ora pro nobis
Dóminus.

V. Amávit eum Dómi-
nus, et ornávit eum. **R.**
Stolam gloriæ induit eum.

Die 3 Februarii

S. Blasii
Episcopi et Martyris

Simplex

Pro Commemoratione

S. Ansgarii

Episcopi et Confessoris

Ad Laudes Ant. Lumen
ad revelatióneum géntium
prædicávit Ansgarius, et
boreális régio solem ju-
stitiaé oriéntem ex alto
conspéxit.

V. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas. **R.**
Et osténdit illi regnum
Dei.

vitam ætéram custódit
eam.

V. Justus ut palma flo-
rébit. **R.** Sicut cedrus Lí-
bani multiplicábitur.

Oratio

Præsta, quássumus, om-
nipotens Deus: ut, qui
beáti Valentini Mártiris
tui natalítia cólimus, a
cunctis malis imminénti-
bus, ejus intercessióne,
liberémur. Per Dóminum.

**In I Nocturno, si sumendæ
sint de Communi, Lectiones**
A Miléto.

Die 14 Februarii

S. Brunonis de Querfurt

Episcopi et Martyris

Duplex Oratio

Origo et consummatio
totius bonitatis, Deus,
qui beáti Brunónis Pon-
tifícis et Mártiris tui no-
bilitátem in meliórem mu-
tasti dignitátem et eum
tam fórtiter in amóre tuo
inflammásti, ut non solum
per te terréna, verum é-
iam carnem contémneret,
concéde, ut, cuius in terra
sacri sanguinis effusió-
nem celebrámus, in célo
collocári ejus patrocínio
sentiámus. Per Dóminum.

Et post Com. Feriae in Qua-
dragesima fit Com. S. Valen-
tini Presbyteri et Mart.:

Ant. Qui odit ánimam
suam in hoc mundo, in

Die 14 Februarii

In II Nocturno

Lectio iv

Brun sive Bruno,
qui adáucto nō-
mine vocátus est
Bonifátius, anno círciter
nongentésimo septuagé-
simò quarto natus est
Querfúti in territorio die-
césis Merseburgénsis. Ex
género claríssimo éditus,
sed divina miseratióne
præ céteris paréntibus in-
ter filios Dei erat électus.
Hic ab Ida, venerábili
matre sua, únice diléctus
magistério Geddonis phi-
lósophi, scholástici Mag-
deburgénsis, tráditur, et
omne, quod habére dé-

buit, cum abundántia ei suggéritur. Cum mane ad scholam ire debuisset, ántequam ab hospítio exíret, véniam pétuit et ludentibus céteris pueris in oratióne ipse fuit. Otio negótium præpósuit et sic fructificans ad maturitátem pervénit. Erat autem apprime liberálium ártium doctrinis maximéque in modulationis músicæ stúdiis approbátus. Ecclésiæ Magdeburgénsis ad sanctum Mauritium canónicus factus, a térito Ottóne, cuius erat consanguineus, desiderátrut et in régiam capéllam suscipitur.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætérnam. **V.** Descendit que cum illo in fóveam, et in vinculis non derelíquit eum. **Et.**

Lectio v

In Italiáiam cum imperatóre proficíscitur vi-dénsque Romæ ecclésiam antiqui mártiris Bonifáti in Aventino sitam, in qua et beátus Adalbértus, glo-riósus martyr Borusso-

rúmque apóstolus, per ál- quod tempus sanctissime vixit, ad martyrii desidé- rium provocátus ait: „Et ego Bonifátius vocor. Cur ergo étiam ipse Christi martyr esse non débeo?“ Fugiens ígitur cum deliciis suis sæculum, ut sibi lucrifáceret Christum, hábitum mónachi sumpsit. Póstea sancto Romuálido, quo in solitária vita quærenda uteréetur magistro, sese adjúnxit et in erémo prope Ravénnam tanto fervóre eremíticæ conver- satiōnis rigórem cum magístro et sóciis suis tenuit, ut vita illórum ómnibus mirabilis haberéetur. At vero cum ad portándum géntibus sémina salútis cáritas Christi eum urgéret, impetráta a Silvéstro Papa prædicándi licéntia in pátriam rédiit. Tunc adstán te imperatóre Henríco secúndo Mersebúrgi per Tangiónem, archipræ- sulem Magdeburgénsim, consecrátus est archiepi- scopus géntium et, quod a Summo Pontifice détolit pállium, ibidem suscépit.

R. Desidérium ánime ejus tribuísti ei, Dómine,

* Et voluntáte labiòrum ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenisti eum in benedictiōnibus dulcédinis: posuisti in cárpite ejus corónam de lápide pretiósø. **Et.**

Lectio vi

In terra nativitatis suæ aliquándiu moram fáciens, post consecratiōnem suam mira perfectione clarébat. Tandem de património suo, aucto et di- tato satis decénter monachórum collégio, proféc- tus est ad gentes, evan- gélium Christi prædicá- turus. Invitatis ad Ecclé- siam Dei nigris Húngaríis convértit se ad Petsche- négos, gentem ferocissí- mam ad Borysthénum flú- vium et Pontum Euxínum habitántem, ubi cum sum- mo vite discriminé docére fidem cœpit. Ad Bo- rússiam deinde pergens, stériles hos agros sémine divíno stúduit fecundáre. Tum in confinio prædictæ regiōnis et Rússiae cum prædicáret, primo ab in- colis prohibéetur et plus evangelizans cápitur deindeque amóre Christi, qui Ecclésiæ caput est, mitis

ut agnus decollátur cum sóciis suis decem et octo, anno vidélicet Dómini milésimo nono.

R. Stola jucunditatis in- diuit eum Dóminus: * Et corónam pulchritúdinis pósuit super caput ejus. **V.** Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intelléctus: et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum. **Et.** Gló- ria Patri. **Et.**

In III Nocturno Homilia in Evangel. Si quis venit ad me, de Communi unius Mart. 1 loco.

In Quadrag. IX Lectio de Ho- milia Feriæ, et fit ejus Com. in Laudibus, alias pro S. Va- lentino Lectio Triumphális, ut in Breviario hac die.

Ad Laudes pro Com. S. Va- lentini:

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit us- que ad mortem, et a ver- bis impiórum non timuit: fundátus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honore coro- nasti eum, Dómine. **R.** Et constituisti eum super ópe- ra manuum tuárum.

Oratio Præsta. 15*

In II Vesperis fit Com. Fe- riæ in Quadragesima ac Ss. Faustini et Jovitæ Mm.

Die 3 Martii
S. Cunigundis
Imperatricis, Viduae

D u p l e x
Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui a gloria tua nullum excipis sexum nullamque conditionem excludis: te suppliciter exoramus, ut, sicut beatæ Cunigundi post terreni culmen impérii cœlestis regni sólium contulisti; ita méritis ejus et præcibus nobis quoque famulis tuis aeternæ felicitatis præmia largiaris. Per Dominum nostrum.

Et in Quadragesima fit Com. Feriæ.

In I Nocturno, si sumenda sint de Communi, Lectiones De virginibus, 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Cunigundi, filia Sigfridi, comitis Palatini, ejusque uxoris Hadewigis, litterarum et artium aliarum, distinguere auro gemmisse que sacras vestes, peritissima fuit. Eam Henricus, Bavariorum dux tam bonitate quam nobilitate

conspicuus et morum honestate præclarus, in matrimonium duxit. Cónjuges dignitate Impérii Romani póstea ornati et ipsi virtutum splendore thronum decoraverunt. Cum in sóbole acquirénda nulla spes eis remaneret, propter amorem Dei castitatem servantes Christum solum elegérunt heredem. Maritum suum Cunigundi feliciter cum óibus tum consiliis in erigendo et dotando episcopátu Bambergensi adjúvit.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: *Et deducet te mirabiliter déxtera tua. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua intende, pròspere procede, et regna. **Et.**

Lectio v

Monastérium Michaélis Archángeli et ecclésiam collegiatam sancti Stéphani in eádem urbe constrúxit ecclesiásque antiquitatem collápsas instaurandas curávit. Veram orphanórum et languentium ómnium paréntem semper se præbuit, in geréndis negótiis adeo versata, ut nonnúmquam

cónjugis impediti vices in administranda re pública laudabiliter géret. Henrico demum vita functo in monastério Kaufungensi, quod pene destructum cum marito suo restituerat, se totam Deo vovére constituit. Ibi depósa purpura, præcisis crinibus, fidei annulum ab archiepíscopo Moguntino et sacrarum vírginum velum accépit.

R. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiae. **V.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. **Propterea.**

Lectio vi

In monastério non ut mater filiabus se prætulit, sed verae summissio nis et virtutum ómnium exemplo prælúxit. Vigilias, preces, rerum sacrarum lectionem ad multam noctem protrahébat, breve somnum in strato cilicino cápere sólita. Post mortem quindecim, ut tráditur, annis supervixit tam

humilitatis grácia quam religiónis reveréntia ómnibus admiranda. Sacrum ejus corpus Bambérge in sancta basilica pie cónditum asservátur. Paderbörnæ vero, ubi anno milésimo secundo a Willigiso, archiepíscopo Moguntino, coronata est ubique sàpius morabátur et largis beneficiis ab Henrico impletis amorem ómnium promeruit, memoria ejus in benedictiōne semper manébit.

R. Afferéntur Regi vírgines post eam, próxima eis * Afferéntur tibi in lætitia et exultatione. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua intende, pròspere procéde, et regna. **Afferéntur tibi.** Glória Patri. **Afferéntur tibi.**

In III Nocturno Homilia in Evangel. Símile est regnum cælorum thesáuro, de Communi non Virginum.

In Quadragesima IX Lectio de Homilia Feriæ et fit ejus Com. in Laudibus.

In Vesperis Com. sequentis, in Quadragesima Feriæ ac S. Lucii I Papæ et Mart.

Index alphabeticus

- Annonis Ep. et Conf., duplex. 4 Dec. 5*
 Ansgarii Ep. et Conf. Com. 3 Febr. 14*
 Blasii Ep. et Mart., simplex. 3 Febr. 14*
 Brunonis de Querfurt Ep. et Mart., duplex. 14 Febr. 15*
 Cunigundis Imperatricis, Viduæ, duplex. 3 Martii 18*
 Joannis Chrysostomi Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex
27 Jan. 14*
 Juliani Ep. et Conf. Com. 27 Jan. 14*
 Petri Canisii Conf. (d. a. ex 21 hujus), duplex. 22 Dec. 11*
 Sturmii Abbatis, duplex. 17 Dec. 9*

INDICES

I

INDEX PSALMORUM NUMERICUS

Psalmus	pag.	Psalmus	pag.	
1	Beatus vir . . .	37	24, iii Oculi mei . . .	134
2	Quare fremuerunt .	37	25 Judica me . . .	172
3	Domine, quid . . .	38	26, i Dñs illuminatio .	101
4	Cum invocarem .	74	26, ii Exaudi, Domine .	101
5	Verba mea . . .	86	27 Ad te, Domine .	101
6	Dñe, ne in furore .	113	28 Afferte Domino .	86
7, i	Dñe, Deus meus .	114	29 Exaltabo te . . .	84
7, ii	Justum adjutorium .	114	30, i In te, Domine .	103
8	Dñe, Dñs noster .	39	30, ii Miserere mei, Dñe .	104
9, i	Confitebor tibi .	39	30, iii Quam magna . . .	104
9, ii	Psallite Domino .	40		
9, iii	Ut quid, Domine .	41	31 Beati quorum . . .	106
9, iv	Exsurge, Domine .	41	32, i Exsultate, justi .	107
10	In Domino confido .	42	32, ii Beata gens . . .	107
			33, i Benedicam Dñm .	191
11	Salvum me fac .	151	33, ii Venite, filii . . .	192
12	Usquequo . . .	152	34, i Judica, Domine .	117
13	Dixit insipiens .	78	34, ii Surgentes testes .	118
14	Dñe, quis habitabit .	79	34, iii Confitebor . . .	118
15	Conserua me . . .	152	35 Dicit in justus . . .	203
16	Exaudi, Domine .	79	36, i Noli æmulari .	119
17, i	Diligam te . . .	80	36, ii Melius est . . .	120
17, ii	Misit de summo .	81	36, iii Os justi . . .	121
17, iii	Et dedisti . . .	82	37, i Dñe, ne in furore .	121
18, i	Caeli enarrant .	95	37, ii Amici mei . . .	122
18, ii	Lex Domini . . .	95	38 Dixi: Custodiam .	122
19	Exaudiat te . . .	83	39, i Exspectans . . .	140
20	Domine, in virtute .	83	39, ii Annuntiavi . . .	140
			39, iii Confundantur . . .	141
21, i	Deus, Deus meus .	252	40 Beatus qui . . .	142
21, ii	Circumdederunt .	252		
21, iii	Qui timetis . . .	253	41, i Quemadmodum .	143
22	Dominus regit me .	212	41, ii Ad me ipsum . . .	143
23	Domini est terra .	94	42 Judica me . . .	124
24, i	Ad te, Dñe, levavi .	134	43, i Deus, auribus .	145
24, ii	Dulcis et rectus .	134	43, ii Nunc autem . . .	145